Hoc quidem Legis vox est. Sed attende etiam ad senten-
tiam Domini. Subjungit enim: Hoc est primum ac ~~pri~~ maxi-
mum præceptum. Ut adeo ~~pietatem~~ pium Dei cultum, prout
est in Lege præscriptus, primum ac ~~præ~~ maximum præ-
ceptum appellet. Quanquam quid ~~op~~ necesse erat hoc ferre
suffragium, Majestatemque eam tribuere cultui Mosaico
nisi noverat Salvator a patre suo eundem præceptum esse?
Utrum ipsa ea lex in se, si quis consideret, qui ~~...~~ esse possit
... optimo atque divino instinctu non plena? Plena pri-
ma Philosophia, quæ Deum creatorem, omniumque benefici-
orum authorem cognosci, atque ante omnia amari vult?
Quem enim alium magis decebat [~~cum nos~~ sciri atque amari]
quam tam solicitum curatorem, quique ex nihilo [nos] suscita-
verat? Qui non tota anima, toto corde, toto intellectu?
Qua autem ~~dubit~~ anxietate, ac venerabunda disceptatione co-
gitationum, ac velut totum consecratum ei qui corda renesque
scrutatur, exercere [hominem] decebat hoc debita amoris offici-
um ideo, quod ~~creavit~~ produxit, quod alit atque tutatur, quod peccan-
tem non rejecit, sed proprium filium, non divulsum unquam
a sinu paterno, misit, ut in carne inter homines versa-
retur; qui quidem tantæ curæ sibi habuit patris vo-
luntatem, ut non solum carnem sanguinemque nobis com-
munem gerere, parique, ut nos, ratione, homo, ~~sine~~ pecca-
to excepto, appellari, sed et crucis, mortisque sufferre sup-
plicium ~~potest~~ vellet, per quæ adeo, qui collapsus erat,
[homo] resurrexit, majorique, quam quæ fuerat antehac,
gloria affectus est? Pro his ergo ~~omnibus~~ atque hu-
jus generis aliis omnibus, annon oportet toto corde
anima ac mente horum authorem diligere? Hoc præceptum
qui non salutare, neque